Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in sacra scriptura et uermis et scarabeus ponatur sic scriptum
est. Ego autem sum uermis et non homo. et sic apud. lxx. interpretes per
propham dicitur. Scarabeus de ligno clamauit. Cum ergo nominatis
reb; tam abiectis et uilib; figuratur. quid de illo contumeliose
dicitur. de quo constat quod propre nichil dicatur. Vocatur enim agnus. s;
propter innocentiam. uocatur leo. s; propter potentiam. aliquando et
iam serpenti comparatur. s; propter mortem uel sapientiam. atque ideo
per hec omnia dici figuraliter potest. quia de his omnib; cre
di aliquid essentialiter non potest. Si enim unum hoc quodlibet essen
tialiter existeret. alterum dici non posset. Nam si agnus propre
diceretur. leo uocari iam non poterat. si leo propre diceretur. ser
pente signari non posset. S; hec in illo omnia dicimus tanto
latius in figura. quanto longius absentia. Potest ergo onager
incarnatum dominum designare. Agri quippe est animal
onager. et quia incarnatus dominus gentilitati magis quam
iudee profuit. animale corpus assumens. quasi non in domum
s; potius in agrum uenit. De quo agro gentilitatis per psalmi
stam dicitur. Species agri mecum est. Incarnatus itaq; dominus
qui in forma dei equalis est patri. in forma serui minor est
patri. quia minor et iam se ipso; dicatur ergo a patre de
filio secundum formam serui; quis dimisit onagrum liberum. et
uincula eius quis soluit. Omnis quippe qui peccat. seruus est
peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostre factus est
nature non culpe. liber dimissus dicitur. quia sub peccati do
minio non tenetur. De quo alias scriptum est. Inter mortuos lib.
D imissus dicitur. quia naturam nostram suscipiens iniquitatis
iugo nullo modo tenetur. Que quanuis macula culpe
nostre non attigit. passio tamen nostre mortalitatis astrinxit.
Y nde et postquam liber dimissus dicitur. recte de illo adiungitur;
et uincula eius quis solum. Vincula quippe eius tunc so

l. ii.
Quod xpc agnus
leo et serpens
uocatur.

l. iii.
Quid significet uin
cula eius quis soluit.